Documentos del Cartulario del monasterio de Celanova

Increíble parece que todavía se halle casi del todo inédito el Cartulario del monasterio de Celanova (1), uno de los más importantes de España por su rica y variada documentación. Otros Cartularios, aun siendo notables, como el de Cardeña, no suelen contener más que escrituras privadas de donación o compra venta, calcadas en modelos uniformes y de asuntos insignificantes; en el de Celanova hay muchos que se destacan por su originalidad: curiosas relaciones de hechos ingeridas como antecedentes de adquisiciones monásticas; juicios en que se refieren con viveza y colorido los sucesos que daban origen a la contienda jurídica; son algunos de ellos verdaderos cuadros de costumbres; el famoso en que narra Odoino sus tribulaciones, parece, por lo dramático del fondo y por la ruda energía del estilo, un capítulo de Gregorio de Tours. Hasta los diplomas Reales pierden su habitual sequedad y cuentan rebeldías de magnates levantiscos que no vacilaban, para el triunfo de sus ambiciones, en aliarse con los musulmanes. Por tales motivos he resuelto publicar los documentos más curiosos del Cartulario de Celanova, dividiéndolos en series. En esta primera incluyo: los otorgados por los monarcas o sus hijos; los que siendo de carácter privado fueron autorizados por los reyes, y las actas de juicios. En todos ellos hay muchos elementos no aprovechados aún por nuestros historiadores, que derraman luz intensa para conocer el estado social de Galicia en los siglos IX al XI, y el desarrollo de algunas instituciones medioevales.

MANUEL SERRANO Y SANZ.

---

(1) Se conserva en el Archivo Histórico Nacional. Es un codice de pergamino, de 198 hojas en folio mayor, de 405 × 300 mm., copiado en la primera mitad del siglo XIII; su texto, algo mendoso.

Utilizolo ya Fr. Antonio de Yepes, aunque no tanto como era justo, en su *Crónica general de la Orden de San Benito*, tomo V, y publicó los siguientes documentos de Celanova:

Donacion de San Rosendo, fundador de la ilustrissima casa de Celano-

I

13 DE ABRIL DE 886

ARGEMIRO Y OTROS HACEN DONACIÓN AL REY ALFONSO III Y A SU MUJER DOÑA JIMENA, DE TRES VILLAS

In Dei nomine, vobis nostros dominos Adefonso Regi et Exemena Regina. Nos id est, Argemirus, Silo, Aloytus, Petrus, Kindulfus, et Froila, qui sumus nepti et pronepti Aloyti. Placuit nobis expontanea voluntate nostre ut faceremus vobis, sicut et facimus, kartulam incomuniationis vel donationis. Donamus vobis donamus vobis *(sic)* villas que dicunt Salzeto, Villaplana, Dominici, et sunt ipsas villas territorio Lemaos, secus rivulo Laure. Damus vobis ipsas villas ab integro, sive et IIII.ª portione in ipsos servos qui ibidem sunt abitaturi, qui sunt de casata Gundivere et Marine, quod in presentia vestra per iuditium conquisimus. Omnes ipsas villas cum domos et vineas, pumares, terras cultas vel incultas, mulina, salta, vel cum omnibus suis per terminos antiquos usque in Laure. Ita ut

---

va, dada en favor del convento. Sexto kalendas Octobris, Era DCCCCXXX. (Fol. 423 a 425).

Testamento de San Rosendo, otorgado poco antes que muriesse. XVI kalendas Februarias, Era post millesima in decima sexta. (Fol. 425 a 426).

Escritura del Rey don Sancho... en que se descubre que el solar, o casa de San Rosendo, o del Conde Gutierrez Menendez su padre, es lo que llaman Villanueva de los Infantes. XVI kalendas Maias Era DCCCCLXV. (Fol. 426 v.º)

Escritura en que se muestra como Floyla, hermano de San Rosendo, hizo donación del pueblo llamado Villar, en que ahora está fundado el monasterio de Celanova. II idus Septembris. Era DCCCCLXXIIII. (Fol. 427 a 428).

Privilegio muy copioso del Rey don Alonso el Quinto, por el qual se muestra como Villar, pueblo donde se edificó el Monasterio de Celanova, con otras possesiones, fué merced hecha por diferentes Reyes, al abuelo, padre y hermanos de San Rosendo. Ipsas kalendas Februarias, Era tunc discurrente post millesima et X et inchoante V. (Fol. 428 a 429 r.)

El P. Florez, en el t. XVIII de la *España Sagrada*, incluyó estos:

Galleciae Rex Sancius Ordoñez Parentibus S. Rudesindi, ac filiis, Villare donat, ubi postea Cellenovae Monasterium fundatum. XVI kalendas Maias, Era DCCCCLV. (Págs. 325 y 326).

Conventus episcoporum pro restauratione Monasterii S. Mariae de Logio a parentibus S. Rudesindi instaurati. X kalendas Ianuarias, Era DCCCCLV.

Gubernatio cuius tam territorii Galleciae a Rege D. Adefonso V Co-

ex presenti die vel tempore de nostro iure abrasa, et in vestro iure vel dominio omnia sunt concessa, et quicquid exinde facere vel iudicare volueritis, sit vobis a Deo et a nobis concessa potestas.

Si quis, quod fieri minime credimus, aliquis ex nobis contra partem dominicam pro id intendere presumpserit, inferat vel inferamus partem vestram partique vestre quod hic superius taxatum est, duplatum, et nos perpetim habituri. Facta kartula donationis vel incomuniationis die ipsos ydus Aprilis, Era DCCCC XX.ª IIII.ª

Argemirus a me facta.
Siloane a me facta.
Aloyto a me facta.
Petrus a me facta.
Kindulfus a me facta.
Froila a me facta
Giloira a me facta.

Notitia testium qui presentes fuerunt idest:
Justus Abbas.
Olcarius Presbiter.
Julianus Diaconus.
Iensenricus Presbiter.
Placinus Diaconus.
Ansuri Diaconus.
Ermegildus Sereniani Bettoti.
Didacus Presbiter.
Pasandus. (Fol. 84 r.)

---

mili Guterrio (S. Rudesindi patri) concessa. XVII kal. Septembris, Era DCCCCLXVII. (Pág. 330).

Ranimirus Rex II Froilae, Guterri F. eandem committit Gubernationem. Notum die... DCCCCLXXX. (Págs. 330 y 331).

Ordonius III Sanctum Rudesindum Gubernatorem ejusdem territorii constituit. XIIII kalendas Iunii, Era DCCCCXCIII. (Págs. 331 y 332).

López Ferreiro, *Historia de la santa A. M. Iglesia de Santiago de Compostela*, t. II, págs. 20 a 23; 176 a 186, y 236 a 237, publicó:

Era DCCCCIX. Mezonzo (Santa María.) Año de C. 871. 5 de Junio. *Unila y otros presbíteros y diáconos y además algunas monjas reconocen por su abad a Fulcaredo.*

Año de C. 871. 5 de Junio. *Fulgaredo sobrino del abad Reterico ofrece a esta iglesia, de la que era abad, algunas posesiones situadas entre el Miño y el Ladra.*

Era MXX. Celanova. Año de C. 892. 1.° de Octubre. *Odoino, hijo de Bermudo y nieto de Odoino, que era primo del insigne campeón D. Oduario, da a este Monasterio y a su Abad Diego la casa de Santa Columba en la Limia, hoy San Torcuato de Santa Columba en el Juzgado de Bande.*

Era MXCIX. Celanova. Año de C. 1061. 19 de Agosto. *D. Fernando I dona a este Monasterio un solar y una huerta en Santiago.*

López Ferreiro dejó de publicar, no sabemos por qué, la conclusión del famoso documento hecho por Odoino, la cual copiamos aquí:

Ad ultimum vero ipsas sepe dictas domnas tenentes ipsam casam supra taxatam, fortiose et sine voluntate ipsius Odoyni confessoris, tunc venerunt

II

25 DE AGOSTO DE 914

JIMENO Y ADOSINDA DAN AL MONASTERIO DE CELANOVA CIERTAS VILLAS Y OTROS BIENES

X P S. Donavit Deus Pater tibi domino nostro Ihu. Xpo. nomen quod est super omne nomen, in quo nomen omne genuflectitur celestium, terrestrium et infernorum; qui Patri et Spiritu Sancto equalis unus celestis omnipotens vocaris eternus et sanctus. Quem angeli dominum adorant celesti sede regentem, et excelse virtutes excelsa conlaudant voce beati; qui novo micantique lumine cunctas irradias quottidie sub sole tenebras, et cum es vera Patris sapientia invisibilis cuncta sapienter invisibiliterque hordinas, gubernas et regis ad tantam tue magnitudinis laudem. Nos indigni famuli tui Scemenus et Adosinda, pedibus tue pietatis desiderio et prece rogantes ad te nos tota mente convertere libet ut prius quam cinis in cinere veloci fine cedamur, tantum in melius tua pietas relevet quantum nos cernis nugis noxia manere addictos. Inde petimus Domine ad te extentis oculis lacrimarum fonte repletis, petentes iterum iterumque rogantes ut parcas Domine, parcas tanto vulnere fessis qui noster es plasmator et auctor, ut dum apparueris tempore iudicii iustior,

---

ipsas domnas cum suo directo in presentia domne Tarasie prolis Pelagii, hic monasterio Villa nova, et tunc perrexit illuc ipse Odoynus cum alios fratres, nominibus Eroni confessoris, et Falgildus confessor, qui hanc exaravit, et in presentia ipsius domne dixit ad eas: volo quia ad Cellam novam do et me et omnia mea simul cum istas villa[s] hic prenominatas. Tunc responderunt inique dicentes, nullam veritatem proferentes, sed in ausu temerato talia prosequentes: quia tam tu Odoyno quam et quem tu iusseris illuc ire parvi eos viderant ire, et multi eos videbunt venire. Ad hec ego Odoynus ante iam prefatam domnam Tarasiam et ante illas roboravi iterum et confirmavi hanc seriem testamenti post parte Dei et Redemptoris mei et fratres in Cella nova habitantes, ut ipsi cuncta prescribta obtineant et in secula seculorum possideant longo per evo. Item ego Odoynus confessor proprie votum meum libentissime confirmo. Sub Xpi nomine Tarasia, Deo dicata, quos preuidi et confirmavi. Nausti Ioaciniz et conf. testis. Eroni Fufilani confessoris confirmans. Odoynus Aquiliniz testis. Amicus Nandulficiz testis.

Mr. L. Barrau-Dihigo *(Notes et documents sur l' Histoire du Royaume de Leon*, en la *Revue Hispanique*, t. X) publicó los siguientes documentos Rea-

eminentior et excelsior cunctis, non quod puniamur invenias, sed inde salvari mereamur repperias, illuc tecum pergentes ubi etherea turba te sine fine ter Sanctum Dominum perhenni ingeminant laude ut adsequi valeat animus quod scienter exobtat et nostrum hoc velle et tuum in nos perficere ad te expectamus Omnipotens. In ipso tuo magnificum nomine, verum et in laude Apostolorum, Martirumque tuorum, necne et in memoria sacerdotis tui Martini beati in quorum nomen est monasterium hedificatum atque vocatum Cellanova, ubi et presulatum ad salvandas animas obtinent duo famuli Xpi. Rudesindus episcopus et Frankila abbas. Placuit nobis ut de paupertacula nostra pro remedio animabus nostris conferremus in ipso loco servis Dei unde eis sit temporale subsidium et nobis in conspectu divinitatis premium inconvulsum. Idest offerimus in ipso loco tibi Domino et servientibus nomini tuo, in territorio Limie villa Congusto cum domos ab integro, vel cum omnibus adiunctionibus suis in Vanate vel in omnibus giro, sive et omnia que eminus de fura casas. In suburbio Colimbrie medietatem de villa Aniana integra, ipsa medietas cum suo molino qui annis singulis exolvet molinus ipse frumenti modios XL.ª (1); hordei similiter XL.ª, simulque milio modios XL.ª, qui sub uno sunt modii numero centum XX. In campo de Mondego villa Arcoanio integra extra quinionem quod dedimus fratribus de Vaccariza. In arraval de civitate Colimbria corte cum domos et intrinsecus sue, et vineas quas ibidem habemus ganatas et comparatas. Item in

---

les: de Sancho de Galicia y su mujer Goto a Odoario (19 de Febrero de 928); de la Infanta Jimena a su primo Fruela (6 de Enero de 935); cinco de Ramiro II al monasterio de Celanova y a Bermudo Núñez (3 de Julio de 935; 11 de Agosto de 941; 1.° de Enero de 943; 2 de Marzo de 944, y 18 de Marzo de 949); de Ordoño III y su mujer Urraca (19 de Febrero de 951); de Sancho I (28 de Marzo de 959); de la reina Elvira y su sobrino Ramiro III (1.° de Enero de 968); de Ramiro III y su madre, D.ª Teresa (21 de Marzo de 977); de Bermudo II (29 de Septiembre de 985; 1.° de Enero de 986; 24 de Diciembre de 988; 17 de Junio de 993, y 8 de Agosto de 994); un juicio sentenciado por dicho monarca el 25 de Febrero de 995, y la donación del mismo, a Celanova, de San Pedro de Laraya (1.° de Septiembre de 996); de Alfonso V (15 de Diciembre de 1009); de Bermudo III (9 de Junio de 1037).

Después, Mr. Barrau-Dihigo, en su *Etude sur les actes des Rois asturiens (718-910)* publicó una donación de Alfonso III al monasterio de Torres (22 de Septiembre de 907). (*Revue Hispanique*, t. XLVI, págs. 177 y 178).

D. Manuel Gómez Moreno (*Iglesias Mozárabes*, Madrid, 1919, págs. 239 a 245) ha publicado parte de algunos documentos, e íntegro el de manumisión de un siervo por San Rosendo, en Septiembre de 943.

---

(1) En el original en vez de XL hay una X con rasguillo.

ipso arraval de in flumine Mondego IIII.ª integra de azenia quam ibidem laboramus cum nostros parzarios. In terra de foris IIII.ª integra de villa de Peso que inter nostros germanos in Colmello accepimus. In Bergito villa Sicca. Item, Mondego vergente in mare duas quintas integras de villa Quiagios, unam meam, et alia que conmutata accepimus a nostro germano domno Episcopo pro nostra ratione in Cordovario in Asturias. In suburbio Colimbrie medietatem de villa Abzequines per terminos, cum domus et eius prestantie. Nostram autem voluntatem et votum commendamus tibi patri domno Rudesindo episcopo et fratribus Cellenove quod subter scribtura commemorat. Concedimus vobis atque testamus in territorio Salienes villa Castello quantum ibidem obtinuerunt genitores nostri, cum Sarantelios, sive et quarta communis tie nostre domna Gunterodis, qualiter hedificetis ibidem monasterium fratrum in suo capite sub regimine nostro. Et damus ibidem ad deserviendo ibi in Salienes villa Regis media et Baurro integra cum domibus et eorumdem prestationibus universis. Simili modo commendamus et contestamus in Tibros villa Sanctum Felice ut modo possideant eam fratres in suo caput sub regimine nostro. Et damus ibidem ad deserviendo omnes suas adiunctiones et Cobanello. In Caldellas villa Castrello cum suis adiunctionibus vel quantum nos competet in Basilisco. Istas villas de Salienes et Tibros ubi decernimus monasteria esse. Si quod absit, vos domne Episcope post obitum nostrum non obviaveritis istud complere, sit illi commenditum adimplendi votum nostrum quod dicimus qui iuste cum fratribus suis rexerit Cellam novam. Interdicimus ipsa loca de alia monasteria populare nisi de Cella nova, cui nos viventes et morientes ut pro nobis Domino supplicent deprecamus. Aliut insuper vobis patri et pontifici sancto commendamus ut si nobis evenerit mors ut non obviemus servos nostros ingenuare, maneat vobis licitum ad vicem persone nostre ingenuandi illos, et dandi eis in peculiare in Bubalo; Parata in caput Limie, Villare et Codessera cum suis adunctionibus quod nos competet. In Anegia villa de Pegias, et villa de Laurosa cum omne integritate per terminos. De illa parte Durio villa Plana. In Velaria villas de Radicoso secundum eas obtinuit genitor noster dive memorie domnus Didacus. Concedimus eis et Peraria cum suas aidunctiones precipientes precipimus eis. Adhuc aliut Deo (1) Regi et omne concilio insinuamus atque commendamus eo quod est nobis voluntas animi dare propinquis nostris partem de hereditate nostra extra quod Deo et servis suis concedimus. Hoc est facimus et conce-

(1) *Deo*, por *dicto*.

dimus ut cuncta que monasteris sanctis in isto loco Cella nova testamus adiutores et defensores in ipsa hereditate post Sanctorum existant ubi ea contestamus. Quod si de ipsa hereditate quam dicimus defensores existere voluerint, aut quod est infelitius disturbare quiverint scripturas ipsas nullam habeant firmitatem quod de nostro nomine factus monstraverint, et insuper anathemati et confusi descendant in Infernum viventes, et parient tantum quantum aufferre conave int ut eis lex canonica ordinaverit. Adhuc maiora et nobis inexcusabile vobis fratribus Celle nove iniungimus, et per Deum ut impleatis monimus et testamus, quod ubi nos debitum mortis repperit et e seculo migraverimus, cum omni caritate in hoc monasterio corpora nostra defferatis atque seppelliatis, et pro animabus nostris Deum omnino rogetis ut ea que de vobis speramus aput Dominum promereri vestra prece et nostro labore adipiscamus ut confidimus. Agentes agimus universa que dicit supra taxata series sub ea tamen ratione posita atque statuta ut omnia iuri nostro maneat de vita usque ad obitum nostrum aut usque dum nobis voluntas fuerit dandi illut et adsignandi si noster nobis animus consenserit. Ita dumtaxat post obitum nostrum omnia superius comprehensa in iure Dei et predicti monasterii maneant omnia confirmata et in nomine Domini a servis Dei possessa atque distributa. Quicumque autem regia potestas seu quislibet homo extraneis, propinquisve, superior ant inferior persona hunc factum nostrum infringere, immutare aut qualibet comento violare temptaverit, in primis yatus illum terre confusus et excomunicatus absorbeat. Cunctis penis orribilior illum conterat pena, et picea, sulfurea, igneaque excipiatur tortura illo loco detemptus ubi misericordia queritur et non invenitur; ubi amara mors mortis succedit que debetur Iude Domini traditore, et Diabolo et angelis suis. Et insuper temporali addictus censura exolvat regie potestatis auri talentum et conponat confusus dupliciter quantum infrigit audacter. Facta series testamenti die VIII.° kalendas Septembrias. Era DCCCCLXXXVIII, anno primo domno Ordonio Principe in sede Legionense.

Scemenus Didaci et Onnice prolis hanc seriem testamenti dextera mea confirmo.

Adosinda Gutliherrici et Ylduare prolis hunc testamentum in a me (sic) confirmatum manu mea.

✠

Hordonius prolis domni Adefonsi regis ✠

Sub Xpi. nomine Dulcidius episcopus.	Santius Princeps confirmans ✠	Zanitus Gudesteiz testis.
Sub Xpi. nomine Hornatus episcopus.	Hordonius serenissimus Princeps confirmans ✠	Sarracinus Adaulfici testis.
Sub Xpi. nomine Didacus episcopus.	Nepotianus Menendiz ✠	Fortis presbiter testis.
Sub Xpi. nomine Arias episcopus.	Hordonius Adefonsiz ✠	Gudinus Guntinzi testis.
Sub Xpi. nomine Sisnandus episcopus.		Nunus Vermudiz ✠
		Suarius Sandiniz ✠
		Munius Vimarediz ✠
		Vimaredus Munuiz ✠
		Gundesindus Didaci ✠

(Fol. 8 r. y v.º)

La fecha de este documento se halla equivocada en el Cartulario; corresponde a 914, en que Ordoño II, hijo de Alfonso III, sucedió a su hermano García, rey de León.

III

28 DE FEBRERO DE 938

D.ª ILDUARA, VIUDA DE D. GUTIERRE, Y MADRE DE SAN ROSENDO, HACE DONACION, AL MONASTERIO DE CELANOVA, DE ALGUNAS VILLAS Y DE OTROS BIENES.

Domino alto creatori summo Redemptorique omnium cuius nomini Trinitas alma glomerat in unitate divina, cui cedunt cuncta visibilia et invisibilia. Qui est mitis benignusque pauperis tuis quos redimere non dedignasti pretio sanguinis tui. In cuius honore constitutum esse cernitur monasterio Cellanova territorio Bubalo, litus rivusculi Sorice, non procul a monte Leporario, terminos Gallecie. Ego Ilduara exigua famulaque tua adclinis et omnium ancillarum tuarum supplex mente et merito inutilis, ecce verum Domine quanta est fragilitas mea aut que valet pusillitas vilitatis mee aput potentiam maiestatis tue. Cui omnia celestia et terrena famulantur, qui non gloriaris in nullum munus pretiosior cum tua est terra et omnis plenitudo eius vel omnes qui possident eam. Opus sunt manuum tuarum, nec aluco delectas nisi omnia iusta sicut et tu iustus esse cre-

deris. Nec aluco cupis nisi cor contritum et humiliatum in quo tu habitare pollicitus est iuxta mansuetudinem tuam. Tu est enim Domine cuius tempora et anni nullatenus noscunt termino, cui principatus et pacis non erit finis, et ad cuius nutum innumerabiles angelorum exercitus cum tremore deserviunt, ante chuius tremunt iussum Troni, Potestates, cuius nomen gloriosum manet in gentibus, cuius et virtus undarum marium ex abisso pontis cum omnia que in eo sunt collaudant. Quem omnis creatura a te formata vel illuminata non alium considerant Dominum preter te, cum tu es Deus et in te es Deus et propter te alius non creditur Dominus qui et nec inter filios Dei similis tui reperitur. Dignare ergo de sede glorie tue aurem pietatu accomodare et placito vultu votum meum aspicere quo grato animo et iugem voluntatem tibi offerre de ipsis multis modis donis quod tu dignatus nobis insignis largire inspirasti, ut tandem a te reconciliari merear quatenus tu iubeas Domni et viri mei domni Guttiherri obliviscere iniquitatibus et meis solvere peccaminum nodos, et de amborum colla mole facinorum deponere in examinis tempore dum ambitus seculi iudicaturus apparuens in poteste terribilis reddere omnibus secundum operibus propriis debentur. His excogitans famula tua Domine hoc offerre digressi ut propter id magna ocurrat mercis a domno iam nominato viro meo domno Guttiher et mibi ut sit subsidium pauperum tuorum qui sequipedas Evangelii tui esse noscuntur, qui abnegantes semetipsos relinquerunt mundo, et pompis eius, deputantes eum velut stercore, nichil preponentes amori tuo, non patrem aut matrem ceteraque transitoria mundi. Offero glorie tue et ditioni monasterii in Bubalo villa Petragio ab integro per suos terminos. Alia villa de Zataconi medietatem de ea integra secundum nos illam obtinuimus et gregem ibidem de vaccas. In Catavello villas unam sanctum Iohannem, aliam quam nuncupant Paralella, terzaria, Saltello. Quarta villa de Porto. Quinta que dicunt Paretes Siccas. Sexta Villarino et septima Ventosello. De omnibus his villis ab integro damus omne nostram portionem quam nobis concesserunt filius (1) de Pepi per textum scripture. In Caldelas in villas de Baselisco tertia parte inde testamus de quanto nos ibidem obtinuimus secundum in nostras scripturas resonat, et sic tertiam partem de boves qui ibidem sunt. In Castella medietatem de villa Palatio ab integro secundum nos illa obtinuimus, per omnes suos terminos in omnique giro, cum domos et eorum intrinsecis qui est secus rivulum Aine. In Fivula villares que dicuntur Murugito, Busto

(1) Así, por *filii*.

Maiore et Abboduni quos nobis dedit Sendulfus per scribtura omnem suam rationem. Sic nos eam concedimus et duas greges de vacas que ibidem sunt, et omnem creationem. Oves ibidem in Fivula CCC.ª In Morratio medietatem de villa Bueo cum domos et intrinsecis eius sive et medietatem de res minuta. In suburbio Colimbre in Aranze de villa que dicunt Lamare medietatem integram secundum nos illam obtinuimus sic eam concedimus. Sunt boves per ipsas villas iuga XV.ª Vaccas inter bustos de Fivula et Zataconi maiores que desuper resonant numero C.ª et omnem eorum creationem. Oves per easdem villas C.ª Facent se sub uno CCCC.ª cum illas de Fivula que desuper resonant. In Salienense in insula que dicent Loyxo XXX.ª salinas que sunt in una corte, ab integro testamus. Piscarias de Ograva illas que fuerunt de regalengo, quas nobis concessit rex donnus Hordonius per scribtura ab integro. Medietatem inde concedimus et alias piscarias de Carinota quas ipsas ipse rex memorie bone domnus Hordonius nobis concessit, seu quod habuimus de avorum nostrorum medietatem inde testamus et piscarias de Taemanes concedimus ab integro sicut de dono regis illae tenuimus. Paratas cum apibus suis una que est in Catavello. Ali una de illis de Interimio et terzaria in villa Guttiharri que est in ripa Minei. Addicimus etiam stragmina lectuorum galnabbes pallias IIII.ºr Alli haffes vulturnas II.ª Ambas pallias ante manum. Tapetes III.ª Almuzalla morgomam I.ª Plumazos pallios III.ª Et quarto trami sirco. Culcitra addiani I.ª Linolas VIII.º Galnabbes laneas XVIII.º Plumazos sic laneos XI.ª Scaleas argenteas III.ª ex ipsis una exaurata de XXX.ª solidos que fuit de domno et viro meo, ut memoria eius sit in ea. Vasa enea. Concum inmaginatum cum sua ytria. Inter savanos et mantéles parea X.ª ex eis litteratos parea septem. Fazistergias tramisiricas II.ª Casullas de sirico II.ª Una mezquï et alia alba pintella. Alias mataraffes. Alias lineas V.ª Albas de sirico III.ª Exageges una amarella, alia suruz et tertia alba. Item albas de lino IIII.ºr et quinta tunica. Amictos VI.ª Orales brosetos de auro et argento fresatos III.ª Frontales IIII.ºr Duos inde mataraffes. Uno vermiculo cum cruce de argento filo et alio amarello et alios pallios duos pallias VIII.º Una alba de illo fazistergulo francisco et alia de alvexi. Terzaria, exaurata kaskerxi. Quarta, tirace vermelia. Quinta, grecisca. Sexta, alba similitudinem de illis dalmaticis. Septima, cardena similem de gricisca, et octava almagana cardena exaurata. Velos pallios principales; II.ª libros, Salterio I.º et goticum I.º Hec omnia que desuper notata sunt concedimus illa ad ipsum monasterium superius nominatum Cellanova, quod prius vocatum est Villare. Aluto quod dispensare hordinamus pro animabus

nostris, id sunt cavallos XX; vaccas in Catavello una grege; alia in Portugal; terzaria in Moranea; quarta in Laurentiana; quinta in Baselisco; et alias duas greges in Zataconi per nostras missas, exceptis terzaria grege que est ibidem in Zataconi que in isto testamento de Cellanova superius hic resonat. Sunt vaccas maiores pro dispensare numero CC.[aa] extra omnem eorum creationem que cum eis pariter sic hordinamus dispensare. In Catavelo oves C.[ab] In Baselisco alias C.[ac] extra alias oves que ibidem sunt. In Baselisco qui in testamento de sorores resonat, iterum mandamus dare de illo servitio de mensa que nobiscum trahunt, troliones IIII.[ad] Sulzegas II.[ae] Salares II.[af] et octo culiares extra quod desuper resonat que ad Cellam novan testamus. Istud ale *(sic)* omnia precipimus dispensare pro anima de domno et viro meo domno Guttiher, sive et nostra, cum Dei adiutorio per manus de filio nostro domno Rudesindo episcopo seu et abbate vel fratribus qui in Cellanova fuerint, distribuant omnia per monasteria territoribus ipsis vel ubique, seu sacerdotibus et pauperibus, inter omnia pro redemptione captivorum, cum nimia sollicitudine omnia discurrant ut a Domino pro eo magnam accipiant coronam. Hec omnia supra taxata sint cuncta in subsidium servorum Domini sub manu et imperio filii et Pontificis mei domni Rudesindi episcopi fideliter distributa. Sub ea quidem ratione servata ut omnis ipsa hereditas iuri meo sit permansura tamdiu quam vitam vixero, aut quamdiu anima voluntas mihi extiterit, dimittam eam post partem monasterii manere perhenniter secundum et compromisi fideliter. Quod si quilibet generis homo, Comes vel infaustus iudex accensus igne cupiditatis venerit ut vel quid in modicum de hoc voto meo irrumpat quippiam vel extraneare presumat, tunc sit licitum Regi, Pontifici vel omnes qui zelum Dei possiderint in voce mea exurgere, et destructorem ipsum prehendere et diris penis eum discruciari ut temporalis discrimina aflictus pariat ad defensorem monasterii septies auri nummo talentorum, et insuper incurvetur in servitio monasterii, et supplicio mancipandus ubi nunquam sortem mereat invenire quiescendi. Nec de futuris iacuimus penis quod illi eveniat. Maledicta sit pars eius in terra et novissa *(sic)* illius in vermium deputetur stercora. Sit abominabilis a Deo, et odibilis a cuncto cetu xpiano. Sit separatus a divino consortio et Erebi caligine volvatur cum dolo. Ira Domini percusus ut non sit qui plage eius misereatur. Fiant dies eius tenebrarum socii luctu et miseria pleni. Multiplicetur dolor in morte eius et orribilis pena in vertice illius, et conditoris iram multatus et Altissimi sententia verberatus baratro inmanis cum absorbeatur profundus, adque cum Iuda Domini proditore uno contubernietur in loco

ubi lugeat se impie egisse et nequiter deliquisse. Istam vero testamenti seriem in perpetuum plenum possideat firmitatis roborem. Facta series testamenti die III.° kalendas Martias, Era DCCCCLXXVI.ª

Ilduara in hoc testamento quod in redemptione domni et viri mei Guttiherri, et mea, fieri elegi, confirmo.

Scemenus Didaci confirmans.
Pelagius Gundisalviz confirmans.
Froila Gottiherriz confirmans.
Fredenanda confirmans.
Adosinda confirmans.
Sarracina confirmans.
Sub Xpi. nomine Zissila episcopus. ✠
Sub Xpi. nomine Oveccus Ovetense sedis confirmans.
Sub Xpi. nomine Hermoygius episcopus confirmans. ✠
Sub Xpi. nomine Hermenegildus episcopus confirmans. ✠
Sub Xpi. nomine Rudesindus episcopus confirmans. ✠
Sub Xpi. nomine Oveccus Legionense episcopus conf. ✠
Sub Xpi. nomine Visandus episcopus confirmans. ✠
Sub Xpi. nomine Salomon episcopus confirmans. ✠
Sub Xpi. nomine Vimara episcopus confirmans. ✠
Sub Xpi. nomine Erus episcopus confirmans. ✠
Sub Xpi. nomine Didacus episcopus confirmans. ✠
Frakila abbas testis. ✠
Baltarius abbas testis. ✠
Sendericus abbas testis. ✠
Busianus abbas testis. ✠
Ataulfus abbas testis. ✠
Savaricus abbas testis. ✠
Vidramirus abbas testis. ✠
Spassandus abbas testis. ✠
Seniorinus abbas testis. ✠
Didacus abbas testis. ✠
Karmirus abbas testis. ✠
Gimundus abbas testis. ✠
Sub Xpi. nomine Brandericus episcopus. ✠
Sub Xpi. nomine Didacus episcopus. ✠
Sub Xpi. nomine Visandus episcopus. ✠
Harias Aloytiz testis. ✠
Menendus Aloytiz testis. ✠
Erus Gundesindiz testis. ✠
Hordonius Godesteiz testis. ✠
Guttiherre Soariz testis. ✠
Gutthier Alvitiz testis. ✠
Erus Ihoanniz testis. ✠
Didacus Ihoanniz testis. ✠
Honoratus diaconus testis. ✠
Rudesindus Gaviniz testis. ✠
Nunus Osoriz testis. ✠
Sageredus Soariz testis. ✠
Anagildus Mitiz testis. ✠
Froila Gundesindiz testis. ✠
Froila Sandiniz testis. ✠
Menendus Menendiz testis. ✠

RANIMIRUS REX CONFIRMANS.

(Fol. 5 v.° a 6 v.°)

IV

6 DE OCTUBRE DE 940

KARTA DIVISIONIS INTER SAUTO ET LEGINOSO

In temporibus Ranimiri Principis, in Era DCCCCLXXVIII.ª, horta fuit intentio pro terminos inter homines de villa de Sauto et homines de Leginoso; id est, de villa de Sauto, Dercon, Bonimenzo, Desterigo, cum heredum suorum; et de Laginoso id est avolo Vimara cum heredum suorum; pro ipsa contentione pervenerunt in presentia domni Guttierris Comitis una pariter ipsi comentores de amborum partes perelegerunt in ipso concilio previsores qui antiqum solent comprobare; id est Fafila, Vimaredi, Tanoi, Astroari, Ariastre, et cum eis alii plures multi filii bonorum hominum. Venimus nos sepe dicti ubi erat ipso contentio; ascendimus inter Sauto et Laginoso, invenimus ibidem tres arcas lapideas; tornavimus inter Leginoso et Sauto pro pariete fortissima; invenimus anta ficta iusta strata de vereda qui discurrit ad Limia, ubi se iunctaverunt tres villas: villa de Sauto, Leginoso et Ranosendi; tornavimus ab orientale parte per agere terre; invenimus coniesta iusta penero ubi dicent agro de fontes, iusta ipsum arrogio invenimus arca lapidea qui dividet inter villa Parata et Peretello. Dimissimus inter Parata et Peretello per singulas certissimas pro termino constitutas, usque plegavimus ad arca qui dividet inter Para *(sic)* et Peretello. Dimissimus ibidem villa Peretello et inquoavimus inter Parata et rio Mallello. Invenimus ibidem duas arcas qui diviserunt inter ipsas villas. Perreximus per summo outario perquiventes indicia terminorum usque plegavimus ad agro felgoso ubi eis decretum posuimus. Et sic per agere terre invenimus duas mamulas ad radice de monte Acuto, qui diviserunt inter Parata et rio Malello. et sic cessavimus ad arca qui dividet inter Parata et Aliarici, et omnes ipsas terras simul cum ipso Rovoreto invenimus eos *(sic)* de villa Parata et Sautto. Modo vero quantum potuimus veritatem perspicere termino fidei demonstravimus. Notum die pridie nonas Octobris, Era supradicta. Fafila. Vimaredi. Tanaoi. Astroari. Ariaster. (Fol. 173 v.° y 174 r.)

V

13 DE JUNIO DE 950

DEMARCACIÓN JUDICIAL DE LOS LÍMITES DE LA VILLA DENOMINADA SAN FÉLIX DE BARONCELLO (1)

Discurrente Era DCCCCLXXXVIII.ª Tempore gloriosissimi et Deo fidelissimi Ranemiri Regis horta est intentio pro terminis et limitibus de villa Sancto Felice (2) quod super addito vocabulo dicitur Baroncelli, inter Rudesindum episcopum et homines habitantes in villabus prenominatis ab occiduis partibus Villaza et Alvarelios, et a parte Orientis villam quam inquiunt Santa Maria. Sane nulli dubium est ipsam predictam villam Baroncelli accepisse eam episcopus memoratus post conmutatione a predicto Principe cum alia quam dicunt Athares, ambas per eorumdem antiquiores terminos, sive et cum aliis adiecentiis ad ipsam villan Baroncelli deservientibus, pro qua dedit alia in terra de Foris, que dicimus Turgia, per suos terminos antiquos (3). Cumque hanc villam Baroncelli inter predictas villas esset vel est consistens in medium, et homines predictarum villarum de suis terminis et limitibus presumerent, usurparent atque exfructarent, fecit petitionem memoratus Episcopus predicto Principi ut daret de palatio previsores veridicos qui providerent vel determinarent ipsas villas secundum fuerant ab antiquis comprehensas, decoriatas atque possessas. Venerunt ibidem ex ducibus vel proceres palatii Nepotianus, Hermegildi et Atanagildus Astruari; Didacus Auriensis episcopus, sive Comes Rudericus Guttiherri et Osorius Guttiherriz, et allorum bonorum hominum non modica multitudine, et que veritate viderunt hoc confirmarunt quod et nunc voce expressi sunt Deo favente, ut est ita. Nos quidem supradicti previsores ac duces ascendimus prius in monte per signas usque ubi stat saxum magnum et album, aspicientesque deorsum reperimus duas petrarum congeries dividentes inter Sanctum Felicem et Alvarelios, et inde gradientes per duos aggeres terre invenimus contra Alvarelios mulionem in carraria fictum, et contra partem Sancti Felicis duas columnas ex quibus una incisa videtur ob signum terminationis; deinde peragentes pronius per aggeres terre

(1) Hay otra copia en el folio 162. Anotamos las principales variantes. Lleva el título de: *Agnitio de villa Sancti Felici in Baronceli.*

(2) Felici.

(3) Suis terminis antiquis.

in directo per Zaccoys invenimus archam lapideam, et inde ad aliam archam sic lapideam que dividet inter Vilazam et Baronzelli; deinde in directo invenimus petram alviatam (1) ficta pro termino, et inde ad aliam archam petrineam prope rivulo Malage ubi cessavit terminum per agere ut ceperat in directo. Tornavimus in prono pro litore rivuli supra dicti, invenimus aliam archam petrineam (2) non longe a loco in quo ipsi duo rivi (3) Tamega et Malage (4) in unum confluunt alveum. Transivimus Tamega, invenimus iuxta Keyzanes archam lapideam (5); pergentes enim ad partes (6) Sancte Marie invenimus aliam sic lapideam archam (7), et gradientes pro Liniolo et muliones fictos invenimus in lapidem sculbtos burgarios, et iterum transivimus ipso rivulo Tamega precedentes signas, et invenimus aliam petram (8) iuxta carrariam fictam. Ascendimus sursum in directo et invenimus archam terreniam (9), iuxta eam aliam petram fictam (10). Et in (11) per aggeres terreniam prope castro invenimus in alia petra burgarios sculbtos, et dum pervenimus ad ipsum castrum invenimus coniesta et duos nativos lapides albiatos, et sic perrexit ipse ager per evidentes signas usque in cacumine montis unde prius terminum incoavimus, et conclusimus terminum de villa Sancti Felicis et Baroncelli per supra dictas signas et magnificas archas. Tornavimus primus iuxta memoratum castrum de parte Sancti Felicis, investigantes quasi pro termino. Invenimus alia signa termini infra principium quod de foris fuerat inventum, et descendentes iam prope carrariam reperimus in duas petras nativas duos sculptos et quadratos burgarios. Et iterum transivimus Tamega, venimus per signas et patronos fictos usque ad priorem et principuum terminum, modicam particulam de concluso termino sequestrante. Quos convenientia memorati episcopi per medium hordinavit dividere inter villam Sancti Felicis et Sancte Marie. His peractis venimus ad villam quam inquiunt Atanes, ubi homines ipsi episcopo similem iniustitiam faciebant, et ascendimus in montem precedentes signas et decorias que est inter Balderici et Paratella usque in vertice

(1) Petra alviata.
(2) Alia arca petrinea.
(3) Rivuli.
(4) Malate.
(5) Arca lapidea.
(6) Inde ad parte.
(7) Alia sic lapidea arca.
(8) Alia petra.
(9) Arca terrenia.
(10) Alia petra ficta.
(11) Inde per.

montis que vocitant Meta, ubi reperimus archam opere miro constructam, et gradientes per ipsius montis cacumina precedentem aggerem terre inter Laza et Balderici invenimus ad partem occidentis alias archam petrineam, et descendentes per ipsum aggerem ad rivulum qui de lamas Balderici discurret, item invenimus aggerem terre pro termino constitutum, per quem pervenimus ad patronum conscriptum qui stat inter ipsum montem Balderici et villas quas vocitant Scorna boves et Facto signo; tornavimus per aggerem terre adividente per ipsum montem ad pa tem de ipsa villa Atanes, invenimus duas archas lapideas; et precedente aggere terre venimus ad archas terrineas, et in sumo petras plantatas, et per signa et decorias archas et muliones descendimus in prono inter iam dictas Scorna boves et ipsa villa Atanes usque in terminos qui divident inter iam fata villa Atanes et Kendieredi. Et conclusimus ipsos terminos precedentes signas et notas desuper memoratas de iam dicta villa Atanes. In ipso loco nos denique iam desuper memorati quod hordinante Principe nos in veritate reperimus et scribere studuimus et subter valido roboris confirmare decrevimus perpetuam obtineat firmitatem. Facta scriptura agnitionis nostre determinationis ipsius ydus Junii, Era DCCCCLXXXVIII.ª

Ranemirus nutu divino Rex hanc previsionem clementie nostre delatam atque confirmatam. Hurraca Regina conf.

Hordonius prolis Regis. ✠	Nepotianus Hermegildi quod previdi confirmo.	Sisnandus diaconus Menendi.	Vistrarius Mentarius conf.
Rudericus Gutterici, conf.	Atanagildus Astruari quod previdi confirmo.	Munius Piniolizi.	Sigeredus Scarici conf.
Pelagius Tetoniz conf.	Sub Xpi. nomine Hermegildus episcopus conf.	Furtunius Garseani conf.	Hermegildus.
Munnius Sandiniz conf.	Sub Xpi. nomine Didacus Episcopus quod previdi conf.	Ovecco Nepotiani conf.	Hermarius Froylaz conf.
Pelagius Gundisalviz, conf.	Sub Xpi. nomine Fortis episcopus conf.	Rapinatus Ibencasaza conf.	
Menendus Ruderici conf.	Sub Xpi. nomine Gundisalvus episcopus conf.	Rudericus Velascozi conf.	
	Sub Xpi. nomine Fortis episcopus conf.	Ennicus Ordonizi conf.	
	Sub Xpi. nomine Viliulfus episcopus conf.	Hordonius Gundesalviz conf.	
		Gundesindus Froylani conf.	

Hordonius Princeps hanc previsionem a genitore nostro factam conf. Hordonius prolis domni Adefonsi Regis. (Fol. 37 y 38).

(Continuará).